

TRACTATUS  
DE VINEA,  
VINDEMIA, ET VINO.

Cap. 2102-3

PROSPERO RENDELLA

Monopolitano I. C. Celeberrimo Authore.

In quo quæ ad Vineæ tutelam & culturam, Vindemiæ opus, Vinitoris  
documenta pertinent; ac plures quæstiones, & leges,  
animaduertuntur, & dilucide explicantur.

19  
17384

Hæc non Vini Genera plurima, ac de Vini commercio, & usu solerti  
cura præponuntur.

Omnibus tam Iudicantibus, quàm in foro versantibus, ac etiam Agriculturæ  
incumbentibus apprime utilis, & necessarius.

Cum Indice capitum, & rerum notatu dignarum, quæ in opere continentur.

SVPERIORVM LICENTIA, ET PRIVILEGIO.



Num. LX. cap. V.

Num. 9.

VENETIIS, Apud Iuntas, MDCXXIX.



ILLVSTRI DOMINO  
**HIERONYMO BONA**  
CAVSARVM PATRONO  
BRIXIENSI OBSERVANDISSIMO

*Felicianus Raymundus* F. P.



Lura me impellunt obseruandissime Domine ad patefaciendum hac breui Epistola mutuam, & plurimo tempore obseruatam amicitiam, ac beneuolentiam. Primùm quòd mente, & ore custoditur dulce amicitiae bonum: mente dum recolo Ioannis Baptistae patris, ac Antonij fratris diutissimae, & arctissimae amicitiae Vinculum: patris, qui dum vixit pluribus nominibus tibi deuinctus fuit; Fratris, qui peractis legalis scientiae studijs, ac Doctoratus gradu assecuto, praxim sub tuis auspicijs assequi cupiens, immatura morte praeventus, fuit praepeditus. Secundùm quòd video hanc animi affectionem in me transmissam, vt ita dicam, haereditatis iure, illamque augumentum capacem esse, quoties meritis prouocatur. Non immeritò sequitur, ore à me esse custodiendam, & totis viribus contestandam. Et hoc ita effeci, vt mihi proposuerim Tractatum hunc de Vineae, Vindemia, & Vino Excellentissimi D. Prosperi Rendellae tuo nomini dicare; quippe qui in praxi, & Theorica plures, ac celebres iuris conclusiones declaratas, & dilucidatas contineat, nec non aliqua circa agriculturæ studium, cuius tu maximè delectaris, pro-





# TRACTATUS DE VINEA, VINDEMIA, ET VINO Prosperi Rendellæ Monopolitani ACADEMICI SILENI NVNCVPATI.

Pars prima, quæ continet Vineæ custodiam.

De prohibita pastura C A P. I.

*Interdicitur  
pascua in  
vinea  
et in vineis  
et prohibetur  
pascua  
in vineis.*



Tantum est Monopoli; Ne animalia Civium, aut exterorum vineis, vbi intra territorij fines positæ, immittantur, Regio diplomate confirmata, ac vsu apud omnes receptum, ut in defensis vniuersitatibus offendimus.

Nec liceret Principi cõteriariu statere, permittendo in vineis pascua sumi: quod utique subditorum damno cederet, imo & peccaret secundum d. Gregor. Sayr. thesaur. casu. cõscien. lib. 11. c. 11. nu. 2. semper enim nocere possunt vineis animalia depascendo.

Fuit apprimè necessarium, ne permitterentur sumi pascua, inter vitas præsertim, quæ cum sint humi proiectæ, vel breui consistentes crure sex qui pede non altiores facillimè conculeatq; extirparentur.

Habetque prohibitio perpetuam causam, ita ut post agrum passinatum, ac vitibus confutum, mutata iam loci forma, nullo anni tpe pascere liceat. <sup>2</sup> lege veteri apud hæbreos ita canebatur in exodo. <sup>3</sup> Si læserit quispiã agrum, vel vineam, & dimiserit iumentu suum, ut depascatur aliena, quicquid optimum habuerit in agro suo, vel in vinea pro damni extirpatione restituat.

Nam ut inquit Ioannes Bessianus <sup>4</sup> parè consuetudinem, quæ Aruerniæ est, probas, nemo sane mentis negabit maximè Reipublicæ interesse, ne vini penuria laboremus; quod cõtingeret, si vineæ ab animalibus vastaretur. At quoniam porcorum non eadem est natura diuerse quoq; sunt rationes, quare arceantur.

Sues igitur sordidum animalium genus, quibus lutum, ac volatatio grata est, eũ possint rodendo plus nocere, quam effodendo prodesse, prohibentur merito. <sup>5</sup> Palladius verò rei rusticæ præceptor illustris nõ tam vineas curans, quam ut porci pinguescant, consentit, eos immitti, vineis nondum turgentibus, vel exacta vindemia, quod gramine persequuto diligentiam flossoris imitantur.

Apertis verò in clericorum vineas irruentibus, iusta censenda est necessitatis causa, quare, &

clericis ipsis venatio permittatur; quãvis aliàs canonibus prohibita. <sup>6</sup>

Item capras expelli omninò: quæ locis cultis veneno sunt omnia nouella fata corruptentes, non minimum vitæ dicit Varro. <sup>7</sup> earum morsus exitiales appellat C. Plinius <sup>8</sup> venenatis Virgilius. <sup>9</sup> Indeque fecerunt, ut libero Patri huius plantæ repertori immolarentur hirci, sic ut capite darent penas.

*Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris caditur*

Et alibi idem Poeta

*Ductus cornu stabit sacer hircus ad Aram*

Immolabatur autem caper albus. Horat. <sup>10</sup>

*Vouerant dulces epulas, & album*

*Libero caprum.*

Extat fabella Gabrii Græci de hircu, & vite, quæ offensa sic inducitur alloquuta, offensus tu me rodendo folia, num non est herba? quamuis enim nocueris, inveniã statim ad inactationem tui erga Deos vinum, ut scaturiat, pp vina enim Baccho caper hostia dabatur. Sic Ouid. <sup>11</sup>

*Nec dabit intonso iugulum caper hostia*

*Baccho*

*Musta sub adducto si pede nulla sinant.*

Et fastor lib. 1.

*Rode caper vitem, at hinc, cum stabis ad aram, in tua, quod spargi cornua possit, erit.*

*Verba fides sequitur: noxa tibi deditus hostis Spargitur effuso cornua Bacche mero.*

Nec quisquam putet id in capellis, quemadmodum in suisbus aliquãdo permillum propter authoritatem Horatij, vbi dixit.

*Vinea summissis capreas non semper edules.*

Dico enim de syluestribus intellexisse: quæ clanculum depascunt iuxta verbum (summittere) & quas nequimus sicut domesticas propellere, ac damno sint, ita, & de illis Virgilius

*Sylvestres tui assidue, capreaq; sequaces*

*Illidunt* (Non semper) inquit Horatius de bonitate ciborum sermonem habens, quod, & si capreatum carnes, in tota valetudinis cura vitari soleat, <sup>12</sup> minus tamen damnosæ sunt, incunte ætate, ac circiter eius medium, si eadem est ferarum, & domesticarum ratio, eis enim tunc optimam præbent alimoniam fructuum Sarcini, & gemina, ut apud Hesiodum.

*e fo. Sylla  
cõfno. Tuor  
tiroes thoo  
võ du si  
pavit ca  
sic l. aric.  
per rex. in  
ca. de  
vitat  
Caper leir  
estis in vno  
suo iho Bar  
co equalian  
tor.  
f de ac  
the. h. 2. ca.  
g hircor. na  
aur. lib. 17.  
A Georgiõs.  
lib. 2. ca. 3.*

*Fabula hirci  
& vite.*

*De pomis  
lib. 1. cap. 10.*

*Virg. Georg.  
de vitis  
delectat.*

*12 ppor. de  
Galen lib. 1.  
de vitis rō  
ne in morb.  
dent. text.  
104.*

*at Tildæ Co  
na. prædic  
quand. 1. 17.  
na. circa 5.  
nem  
h. cas. rela  
tione in ca. si  
læserit extra  
de inir. &  
dam. 1. 10.  
c. 11. de p  
flos. art. 7.  
Ripublio in  
ter. f. no. nu.  
de fo.*

*Gas. ferdia  
animal.*

*ut de re in  
si. vbi. 11.  
26. de edo  
est. porco.*